Aurea Bulla Caroli IV. Imperatoris, ſub rubrica, Vom Rechten deß Pfaltzgraffen / Elector Palatinus [in aula ſive Curia Imperiali, ubi Imperator præſens eſſe debet] cognoſcere debet: quod à Caroli Magni tempore conſuetudine introductum autumat *Vult. in l.* 1. *n.* 4. *C. ubi Senatores vel clariſſ. civ. & crim. conven.* quod non admittitur in criminalibus: ſed tantum ſi Imperator convenitur de cauſis pecuniariis ſeu civilibus. Si enim criminum ſive flagitiorum, vel male adminiſtrati Imperii arguatur Imperator, Electores Imperii & non Palatinus ſolus cognoſcit, ut ex ſententia exauctorationis ab Electoribus latæ Anno CHRISTI MCCCC. conſtat. Neque hoc in feudalibus admittit *Schrader. dict. part.* 10. *ſect.* 5. *n.* 40. *& multis ſeqq.* & vide *d. loc. Vulteium.*

Id vero, quod de privilegio primæ inſtantiæ vigore Ordinationis Vermög der Außträge / dictum eſt, locum non habet ſi, Ordinationi reus non ſatisfecerit: vel etiam ſi bannitus ſit. Tum enim ſtatim, ut in prima inſtantia apud Judicem ordinarium vel in Camera poteſt conveniri. *Vult. dict. l.* 1. *Mynſing. centur.* 1. *obſerv.* 90. *&* 91. *& Gail. lib.* 1. *obſerv.* 1. *num.* 26. *& ſeq. Schvvannem. lib.* 1. *proceſſ. Cam. cap.* 2. *& ſeqq.*

Civitatem provincialem provinciæ Dominus in prima inſtantia in Camera Imper. jure convenire poteſt: Sed Civitati provinciali viciſſim non licet provinciæ Dominum, qui vel Elector vel Dux ſit, vel ducali dignitate præfulgeat, in prima inſtantia ad Cameram in jus vocare. *Cothman. conſil.* 32. Licet tamen civitati provinciali contra Dominum procedere de via Auſtregarum, Vermög der Außträg. 2. Cammergerichts Ordnung. 4. *Gailius obſerv.* 28. *num.* 1.

Auſtregæ ſunt ſtrictiſſimi Juris, nec poſſunt extendi de caſu expreſſo ad caſum non expreſſum, *Gylandus deciſion. Camer. lib.* 2. *fol.* 477. *num.* 67. inter deciſiones ſummarias Cameræ Imperialis.

Auſtregæ non habent locum, nec Judices der Außträg / poſſunt cognoſcere in cauſa religionis. *Gyland. deciſ. Camer. num.* 5. *lib.* 2. Sed res pertinet ad Cameram Imperialem. *fol.* 715. *cir. fin.*
Ruding. 1. *obſ.* 50. *Beſ. th. pr. h. v. & in contin. h. v. Speid. notab. h. v.*

Außziehen / auß dem Hauſe ziehen. Emigrare Domo.

Si alicui quid eſſet legatum, wenn er auß dem Hauſe ziehen würde / zu erlegen / & ille mortuus è domo exportaretur, quæritur, an hoc legatum debeatur: Vide negantem Borcholten. *conſil.* 25. *vol.* 1. *fol.* 348. *& ſqq. Speid. not. h. v.*

Awe vel Owe. Gæa.

Vide *infra lit. G. verb.* Gaw.
vid. *Beſ. th. pr. v.* Aurecht. *& in contin. h. v. Speidel. notab. h. v.* Awe & Gaw differre docet Schilt. *Gloſſ. Teut.*

B.

Baarſchafft. Pecunia ſignata.

Baarſchafft cum immobilibus & annuis reditibus nihil habet commune. *Pruckm.* 2. *conſ.* 5. *n.* 92. Nullam quoque ſignificationem, quam quæ ſub ſe complectitur pecuniam ſignatam, & nomina debitorum. Idem *d. conſ. n.* 192. 250. & paſſim. Bitſchius.
add. Beſold. th. pr. v. Baar. *& in contin. h. v. Speid. notab. h. v.*

Bad / Bader / Badermägdt. Balneum, Balneatores.

Langl. 8. *ſemeſtr. c.* 2. *Sidon. lib.* 2. *Ep.* 2. & ibi Savaro. Badermägdt und Wirthsmägdt ſind in ſchlechtem Credit. *l.* 4. §. 2. *de his qui not. inf. l.* 43. §. 2. *ff. de R. N. l. ult. C. ſi manc. ita ven.* Mägd / Köchin / ſunt viles perſonæ. *Decian.* 3. *reſp.* 38. *num.* 36. Die Bader ſind nicht taugliche Zeugen ad teſtamentum. *Pruckm. lib.* 1. *conſil.* 12. *num.* 198. ſed abrogatum per conſt. Imperii. Bitſchius.
add. Beſ. th. pr. h. v. n. 120. *& in cont. h. v. n.* 120. *Speid. not. h. v. & in contin. h. v. n.* 3.

Bach. Rivus. Fluvius.

Bach Latinis rivum ſive rivulum ſignificat. Videtur hæc vox Germanica Bach deſcendere à verbo Ach. Nam, ut ſupra lit. A. verb. Ach & infra lit. R. verb. Rinnen / dixi, Ach veteribus aqua erat, Waſſer / *Goldaſtus rer. Alaman.* 2. *part.* 1. *fol.* 179. Hinc Bach rivus dictus quaſi bey Ach / hoc eſt apud aquam, & contractum Bach.
add. Speid. notab. h. v.

Backen / Backofen. Furnus Bannalis.

De verbo nautico Backen. vide *Ruland. de commiſſionibus part. quarta. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 31. *fol.* 82.

De furno bannali Backofen. Vide *infra lit. M. verb.* Mühlen / Zwangmühlen.
add. Speid. notab. verb. Backofen.

Baitzer. Auceps.

Vide *infra lit. V. verb.* Vogelherd. *Speidel. notab. h. v.*

Ball. Balla panni.

Balla panni, Germ. ein Ballen Tuch. *Bald. ad. l. ſi cum dotem.* 23. *in fin. ff. ſol. matr.* Ballæ mercantium. *Chriſtin. lib.* 2. *deciſ. Belg.* 3.

Ballhauß / Sphæriſterium. *Mornac. ad l.* 1. §. *ſive, ff. depoſ.* Bitſchius.

Balmond. Falſus tutor.

Verbo Balmond falſum tutorem veteres Theutones dixiſſe, Nauclerus, Cujacius & Cruſius auctores ſunt. Atque ita aliquando hoc vocabulum Balmond Heidelbergæ in Conſilio aulico explicatum, & in quodam documento antiquiſſimo uſurpatum, ex ore Melchioris von Haiminsfeld genandt Goldaſt audivi, qui ejus etiam

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn335449042/49 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG